

Alia ratio præparandi aurum potabile.

℞. Salem communem cibarium, hunc funde in figillo vel olla forti: post effusionem contunde & tere minutissimè: vel si volueris sumito Salem Armoniacum, vel salè petræ, eumq; cū calce viva calcina, ut moris est, fustum & calcinatum in aqua dissolve, ut terra calcis resideat permitte, liquor è clarum & limpidum decanta & per chartam emporeticam trajice, poteris eodem modo cum sale tartari & calce viva procedere, sed in hoc tantum mixtione & dissolutione opus est, ut sal tartari, & calcis vivæ uniantur. Filtratio hic locum non habet, propter enim nimiam corrosivitatē, omnem chartam perumperet: tantum ut calcis terra resideat expectandum est, & liquor clarus decantandus.

Ubi trajeceris, ut evaporet humiditas, & affusa aqua omnis da operam: Tum salem siccatum iterum pulverisa, & in locum humidum repone, ut in liquorem omnimodè resolvatur. Liquor hic Salinus in cucurbitam conjiciendus, cucurbita verò in Balneum cum alembico cæco reponenda, & ut putrefactio fiat per mensem, curandum. Mense elapso, alembicus cum rostro cucurbitæ imponendus, & ex balneo mariæ phlegma extillandum: Quod in fundo restat, denuò per mensem ut prius in putrefactionem collocandum, & inutile phlegma omne extillandum, & in fundo remanebit oleum, quod erit quinta essentia salis.

Hanc quintam essentiam Salis funde super calcem

cem